Domicus Palladius Soranus De parthenio ſuo ad Georgium Polipragmonem.

Deſine mirari ueterum monumenta uirorum:
Hic eſt ingenio diuus: & eloquio:
Hic eſt: cui reſidet Romanæ gratia linguæ:
Hic eſt: cui ſimilem ſęcula rara dabunt.

Petrus Parthenius Tulmetinus diuini humaniqꝫ Iuris conſultiſ-
ſime patrono ſuo Camillo Capitiliſtæ. S.

s Tatueram ego mi patrone patauii: philoſophiæ ac medicinæ an-
fractibus mæandriſqꝫ totis (quod aiunt) neruis incumbere: ſepoſi
ta rei familiaris cura cuius totum onus: amiſſo nuper chariſſimo
parente: ſolus ſuſtineo: Reiectaqꝫ manſuetiorum muſarum oble-
ctatione: ſed aliter atqꝫ opinabar accidit: Vnius namqꝫ anni interſtitio qua-
ter orare curioſo amicorum rogatu coactus ſum: Quibus cum pro uiribus
morem geſſiſſē liberum me huiuſcemodi pedicis in poſterum fore exiſtima
bam: cum ecce aliud mihi repente certamē initum eſt cum meis domeſticis
& tecum imprimis: efflagitantibus: imo imperioſe iubentibus: ut quæ nup
non ſine famæ diſpendio recitaram: in uulgus ederem: & friuolas nugas:
deliramentaqꝫ puerilia excuſſæ doctiſsimorum Rhetorum Cenſuræ ſubii-
cerem: quibus cum non repugnare potiuſq̄ parere æqui boniqꝫ fecerim. tāto
me temere periculo expoſui: Minime ignarus: maximam his ineptiis partē
pronunciationem ſcilicet quam potiſsimum oratoris munus cenſuit De-
moſthenes deeſſe. proinde tuæ & ſtudioſorum meorum partes fuerint
quicquid mihi ignominiæ ex hac inani loquentia inuretur:
diluere abſtergereqꝫ: quorum præcepta tantum
apud me ponderis habuere: ut certiſsimæ
maleuolorum iniuriæ nomen meum
ſupponere non dubitarim: Vale
Spes & pſidiū & dulce
decus meū.

¶ P. PARTH. ORATIO IN HIERONYMI BARBADICI PRIMICERII LAVDEM. IN GYMNASIO PATAVINO PVBLICE RECITATA.

SOlent plærãq; omnes: qui & ueterũ & recentium geſtorũ mo-
numenta: hiſtorias: annaleſq; paulo accuratius euoluere: Anti-
ſtes integerrime magiſtratus digniſſimi: uiri ſapientiſſimi: Ro-
manos terrarũ dominos extra omnem æquiparationis aleam
conſtituere. Præcipuam illorum erga ſuperos pietatem: ſingularem bellicæ
artis ſcientiam: incredibilem ingeniorum: liberaliumq; diſciplinarũ fœcun-
ditatem admirantes. Qui licet damnandi minime ſint: ꝙ antiquitatem illã
ſacroſanctam tãto laudum cumulo exaggerent. Mihi tñ non mediocri uidẽ-
tur caſtigatione digni: ꝙ priſca impendio cõmendantes noſtra plus æquo
deprimunt: Nimirum illi Epimenidis dormiunt ſomnum: & uigilantibus
(quod aiunt) oculis cæcutiunt: qui ea quæ aſpectui ſubiecta ſunt: tanquam
fulgentiſſimos ſolis radios noctuæ contueri nequeunt. quod enim imperiũ
quod regnum: quæ reſpublica potuit unquã reperiri: Cui Veneta Ariſtocra-
tia non modo conferenda. uerumetiam omnium Sententiis non præponẽ-
da ſit: Quomodo Aſſyriorũ luxus: perſarum effœminatio: Athenienſiũ leui-
tas: ægyptiorum petulantia: Macedonũ arrogantia: cũ uenetorũ parcitate:
fortitudine: grauitate: modeſtia: cõtinẽtiaq; æqua poſſunt lãce cõparari: ſed
rñdeamus obſecro his: q adeo oſcitabundi: hallucinãteſq; Romanorũ in de-
os obſeruantiã: rei militaris patientiã: doctrinarumq; ſuſpiciunt cognitionẽ:
Non ne pientiſſimus cærimoniarũ cultus: exactiſſimæ erga diuinã maieſta-
tẽ precationes: ſacriq; religioſorũ hymni Romanã ſuperſtitionẽ: omniũ pro-
digiorũ fulminumq; obſeruationes: uolucrum cantus: pullorũ tripudia: pe-
cudum fibras: Vmbrarũ euocationẽ longe antecedunt. Nec Veneti deſides
ſunt. Id quod euidẽtiſſime declarãt tot trophea: tot triũpi: tot uictoriæ: terra-
mariq; partæ: tot præclara patritiorum nauali expeditione facinora. Cæte-
rum ex hac memoratiſſima Venetiarũ gente ueluti ex equo Troiano exi-
luerunt plurimi: Quorũ acutiſſima ingenia: eruditioq; politiſſima eo digni-
tatis peruenere: ut nec ipſi inuideant aliis: nec aliorũ liuor eis obeſſe quicquã
poſſit. nolo uetuſtiores enumerare: quorum fama maximarũ laudũ carceri-
bus emiſſa peragrato iam orbe ambroſio cœli campo perfruitur: cũ noſtræ
ætatis exempla ſuppetãt. adſunt hic quæ aſpicitis: tria integritatis: iuſtitiæ: ac
eloquentiæ lumina: antiſtes ſilicet noſter ſanctiſſimus petrus Barocius: Cui
ſi decẽ ſimiles: quod de Neſtore Homericus dixit Agamemnon: Chriſtiana
haberet reſpu. præclare nobiſcum ageretur: procul enim faceſſerent adula-
tiones: ambitiones: corruptelæ: ſeditioſi tumultus: factiones inteſtinæ: odia
internicina. auariſſimæ exactiones: cruentæ cædes: quæ fidei noſtræ ſignife-
ros ſæpius occupãt. Cui uterũ cedit andreas Grittæus: cuius idoles ſereniſ-
ſima quemuis ſuccẽdit amore: cuius ĩ ore ꝓculdubio mellitiſſima illa pitho

feſtitauit: Vir domi: foriſq; præſtantiſſimus: Cui uni accœptum referre debe mus: q in pace: q in ſumma rerum omniũ tranquillitate uiuimus. Inita eo duce: auſpiceq; cum crudeliſſimo Turcarum rege ſocietate: purgato inſu-per a furum: homicidarũ: Siccariorumq; fæce patauio. Nouiſſimus eſt Pau-lus piſanus orator ſupra q̃ dici poſſit facundiſſimus: qui Iuuenis reip. admo tus: pene plures obiit magiſtratus: ut Phocion ille athenień. q̃ ab eo tempo re annos uixerit. Homo ad negocium: nõ ad ocium natus: Ad uirtutem: ut Ariſtoni placuit: nõ ad ſocordiam & uoluptatem: Senator grauiſſimus: & ut breuiter dicam: ad omniũ neceſſitudinem conciliandam mirifice accõmo-datus: Creſcit in dies nobiliſſima patritiorũ Iuuentus. Singulare academiæ noſtræ ornamentũ: Ex cuius feraci ſemente: nõ niſi optimam frugem col lectum iri nemo diffidit. Sed quid ultra metam imprudens prouehor? quid plures recenſeo? Quum unus nobis occurrat Barbadicus: quem hodierna die (neſcio utrum temerario: an periculoſo potius propoſito) laudandum ſu ſcepi. In cuius cõmendatione tanta mihi undiq; ſuggeritur materia: ut nec unde dicendi initium ſumendum: nec quonam pacto finis orationi impo-nendus ſit: ſatis conſtet. Sed inter ſacrum & ſaxum collocatus: apes imitor: quæ ſcapos: calices: uernantiumq; hærbarum floſculos circũuolitantes: qd potiſſimum primoribus legant pediculis ambigunt: hinc inuitante thimo: illinc caſia: Inde thymbra allicientibus. Ex tanta igitur rerũ copia agmina-tim ſeſe oſtentante: quũ pauca de illius familia: de eruditione: de liberalita-te: deq; reliqs animi dotibus ſtrictim: & una (quod inquiũt) ſaliua prægulta uero: extremã orationi manũ imponã: & cõclamatis uaſis recœptui canã. Ariſtoteles ille aureus philoſophiæ fluuius ſummã in animi: corporis: & for-tunæ bonis fœlicitatem collocauit: quam alii in doloris priuatione poſue-runt: ut Diodorus. alii in indolentia: ut Hieronymus: alii in honeſtate uolu-ptati coniuncta: ut calipho: & Dinomachus: nonnulli in ſcientia: ut Herilus: Multi in mera uirtute atq; honeſtate: ut Zeno: & ſtoici: ultimi ſola in corpo-ris delectatione: ut Ariſtippus: & Epicurus. Sed quanto omniũ ſapientiſſi-mus: extitit Ariſtoteles: tanto eius ſententia aliorũ eſt opinioni præferenda. Quã ſi uerã Patres opt. exiſtimatis: nõ ne Barbadicus omnes fœlicitatis nu meros impleuit? Nãq; ſi clientelas: ſi amicitias: ſi gratioſorũ ſtudiũ Critolai libra ponderemus: ſi diuitias affluentes: amplum patrimoniũ: reditus opipa ros diligẽter ſpeculemur: non ne: ut amoueant̃ cætera: fortunatus iure & uo cari: & haberi poterit? Sed noluit in ſoſpitãdo Barbadico fortuna his eſſe cõ tenta: eãq; ueluti appendicẽ: addidit nobilitatẽ: quam neq; Alexandri ma-gnanimitas: Neq; Iulii cælſitudo: neq; Auguſti maieſtas repudiaſſent. Cui enim populo: uel extra oceani ambitum conſtituto gens barbadica ignota eſt? Cuius ut uetuſtiſſima ſtemmata prætercam (ne a lædæ ouo inchoaſſe uidear) ſat erit rariſſimos extremis (quod dici ſolet) digitulis attigiſſe: quo-rum recens memoria adhuc animis ueſtris radicata eſt. Quis neſcit quantæ

in Senatu Veneto fuerit auctoritatis Iacobus Barbadicus:q legatus ad Corynthum memoratiſſimum olim Peloponeſii municipium:improuiſo barbaroꝝ equitum incurſu obtritus uiriliter occubuit. Maior eo floruit Franciſcus:cum ſuis laudibus clariſſimus:tum nō trium liberoꝝ amplitudine. Curatios:Horatioſq;:quos tantopere priſca iactat ſimplicitas longo praecedens interuallo. Quorum primus occurſat. Hieronymus. Cuius ſane ut omittam domeſticos honores:quos incredibili totius ordinis fauore: pene prius q̄ per aetatem liceret:decucurrit:ut praeturas:& externas legationes ſupra.xxx.Hoc non ſilebo:utinum fori Iulii metropolim:huic uni:ob excellētem prouinciae gubernationem tantum debere:quantum aliorum fortaſſe nemini:qui hactenus illi praefuerunt.Nullum praeterea in Italia populū eſſe exiſtimo:nullam liberam ciuitatem nullum principem:ad quē non ille fuerit aliquando oratoris functus munere:quo contigit ut nō pax:non bellum non induciae:nō foedus:non ſocietas ulla ſit publice incohata:aut perfecta. Cuius nō aut domi conſiliarius fuerit:aut foris arbiter. Hic ei praelio:quod ad molinellam (ita loco nomen eſt in bononienſis agri finibus)obſtinata animoꝝ contentione cōmiſſum eſt:interfuit.Cuius ſtratagēmata quum hoſti omnino ſuſpecta eſſent:priuſq̄ pax ulla ultro citroq; iniretur:illorum ope ta ueneno(ita.n.creditur)ſublatus eſt.Ita qui pauloante Diui Marci procurator deſignatus in admirabilem uenetos futurae adminiſtrationis expectationem erexerat dicto citius uita priuatus inſignē laetitiā ſūmo dolore contaminauit.Reliquit tū filium Antoniū.qui accaepta in uxorem helena andreae uendramini uenetoꝝ principis nepte:quum ex illa Hieronymum hunc:& alios ſuſcepiſſet:breui & priuſq̄ latentes uirtutum igniculos effunderet:fatis conceſſit.Sobole adhuc implumi & tenella:quae ad puberem aetatē incolumis manſit tantiſper tutela muliebri.i.materna.Tāta indoles in helena erat quae cum in filioꝝ educatione ſtudio & diligentia.Corneliae Gracchoꝝ matri par extiterit:foelicior tū iudicanda eſt:ꝙ illa hoſtes reip.peperit:haec ſtudioſiſſimos illa peſtem patriae enutriuit:haec ſplendorē:quo profecto uniuerſa uenetoꝝ ciuitas in poſterum:dīis bene iuuātibus refulgebit. Secuti ſunt ut mortis dignitate inferiores:ita nobiliſſimi magiſtratus fulgore ſuperiores Marcus.ſ.& Auguſtinus hieronymi fratres.ambo uenetae reip.principes circūſpectiſſimi. Quoꝝ alter adeo foelici ſolertia imperium rexit:ut aurea merito ſaecula illo duce uiguiſſe exploratū ſit:peſtilentia nāq;:quae magnā ciuitatis partē diripuerat ita euanuit:ut nūq̄ antea tātam aeris ſalubritatē urbs ſortita ſit. Tam larga rerum omniū annona ciuitatem alioquin oneroſam aluit:ut raro alias conſtet uenetos maiore ocio:ac ſecuritate potitos.acceſſit ad haec ꝙ ueneti terra mariq; pacate agebant.Huius immaturā mortem nemo nō lachrymis proſecutus eſt:ꝙ facillimi ad eum aditus eſſent: paterent eius aures querelis omniū.Nullius inopia:ac ſolitudo nō modo ullo populari acceſſu:ac tribunali. Sed ne domo quidem ſua & cubiculo excludere

tur. Toto deniq in imperio nihil acerbum foret:nihil crudele:atq omnia plena clementiæ:manſuetudinis:humanitatis tantam ex marci interitu ia= ctutam auguſtinus in fratris demortui locum ſuffectus facile referciuit:pla= gamq ſenatus ex inclyti ducis obitu acceptā aptiſſimæ dexteritatis cicatri= ce obduxit. Cuius regia indoles:& barbæ ad pectus promiſſæ maieſtas. Cu= ius ſcōmata ingenioſiſſima: ſaleſq extemporanei. Cuius induſtria ſingula= ris:prudentiaq grauiſſima adeo percrebuere:ut nullius indigeant recitatio= ne; Adde q hoc principe ferociſſimus Gallorꝫ exercitus: & tot uictoriarum ſucceſſū ſupra uires humanas inflatus:ad Tarrum fluuiū certamine illo me morabili fuſus eſt & fugatus. Hoc principe celeberrima Inſubriæ urbs Cre= mona:quæ olim ſub Carmaniolæ ductu pene expugnata eſt:tandem in ue= netæ reip. uenit poteſtatem. Hoc principe multis apuliæ maritimis oppidis: ex qbus non mediocre quotānis uectigal exigit: auctū eſt Venetorū imperi um:huius deniq auſpicio in īmaniſſimū cōſtantinopolis Tyrannū:diutius nō de agri poſſeſſiōe:de regno:de iperio:de gloria:ſed de religione: de liber tate:de uita pugnatum eſt:uerum ut ſemel finiam:nullius credo tam procul ab urbe peregrinantur aures:qui non aliquando fando audiuerit:quanta ſa pientia: quo conſilio:quo deniq genio reip. habenas moderatus ſit:quo au tore noſter hic Barbadicus Diui Marci primicerius creatus eſt:quū a teneris (ut græci aiunt)nauiculis ſub inuictiſſimo dei opt. max. uexillo ſtipēdia feciſ ſet: quom iam canonicatu patauino integerrimi huius conuentus beni= gnitate:cui ſe ad extremum uitæ exitum deuinctum fore profitetur:tanquā fomite & incitabulo in ſacerdotio perſiſtendi decoratus eſſet:cuius dignita tis initium:æquis ſi lubet:auribus auſcultate. Ioanne Badoario duce iam tū ab Venetiarum infantia:erectum eſt phanum ducario propinquum:ut illius tempeſtatis opes ferebant:non deſpicabile:quo nunc opulentius: magnifi= centiuſq non uidet terrarū orbis:in quod rite dedicatū ex minori ſacello Di ui Marci corpus tranſlatum fuit:lectiq ex omni myſtarum numero aliquot qui rē ibi diuinā facerent:his antiſtes datus:quē primicærion hodie uocant: q is(ut exiſtimo)primus myſteria ſacroſancta cæteris tradat:notet:ac præ= ſcribat:tum ſiquid opus ſit:ſedulo prouideat:& ad principem etiā referat:li cet aliter alii ſentiant:a cæreo nomen deriuantes:longa dehinc cōſuetudine factum eſt:ut unius principis arbitrio cooptetur. Habetis honoris huius apd uenetos in cunabula:audire nunc eiuſdem apud Romanos originē: Iulius: P. pontifex max. inter alia:quæ frugaliſſime inſtituit:mandauit ut oīa ad ro manam Synodum ſpectantia per notarios:quos modo prothenotarios nū cupamus:& quorum partes ſunt res geſtas in acta referre:aut per eorum pri micærium conſciberentur:qui q primo rem notariorum dignitatem obtine ret:& pontificis ſcribarū quodāmodo princeps eſſet:primicærius dictus eſt: cuius locus īter nobiles(ut legiſtarū more loquar)nō ignobilis:īter ſpectabi les non inſpectabilis iampridē habitus eſt: ut uel ipſius poſtremæ Iuſtiniani

leges declarant: & Sacri canones atteſtantur: primicarialem ordinem ſtatim poſt Archidiaconum conſtituentes. Intellexiſtis (ut opinor) eximiæ dignitatis primordia: animaduertite modo an iure optimo ad huius decoris faſtigium Barbadicus euectus ſit. Sacratiſſima Moſis inſtituta uetabát quemquã luſciciosum: Surdaſtrum: gibberoſum: diſtortum: ſtrumoſum: bleſum: uaricoſum: aut alio membrorũ uitio laborantẽ ſacerdotio fungi: quod licet plurimi Sacræ hiſtoriæ interpretes ad animi dehoneſtamenta ita referant: ut arbitrentur eum: qui obſcenæ libidinis uolutabris oblectatur: qui pertinax eſt. qui auaritiæ tricis inuoluitur: qui inuidiæ ſtimulis maceratur: qui delicioſis ganeæ uoluptatibus deditur: qui maledicentiæ crimini mãcipatur: qui calũniis: & aliis id genus morbis obnoxius eſt: a diuino arceri miniſterio: Non deſunt tamen qui hæc & ad corporis: & ad mentis maculas traducant: nixi credo præclariſſimo Senis illius facinore: qui pulcherrimam deo uictimam mactare paratus erat. quod & agamemnona (ſi fas eſt ſacris prophana imiſcere) in aulide factitaſſe ethnicorum teſtantur hiſtoriæ. Horum etiã opinioni duorum fratrum ſacrificium adſtipulatur: quorũ alterius hoſtiæ ſummo tonanti acceptæ: alterius uero ingratæ penitus habebãtur. Sed quid eſt quæſo ſacrificium ſi hoc ſacrificium appellari non poteſt: in quo rerum omniũ opificis picerna quæritur: & miniſter? Qualis eſt Barbadicus noſter: cuius liniamenta & totius corporis ſpecimen quantũ formæ intus ſit ueluti p uitreum ſpeculum liquidiſſime oſtendunt: cuius animus procul a ieiuna auiditate: ab ingluuie: a luxu: a malignitate: ab ultione abeſt. Poterant hæc ornamẽta quantæcunq̧ cupiditati ſatiſfacere. uni tamen Barbadico non ſatiſfaciũt: qui ſuo non auorum lumine corruſcare: ſua nõ maiorum uirtute alios excellere optimum ducens: qui ſybariticam luxuriam: Tarentinam molliciẽ: mileſias delitias. Mydæ theſaurum: Crœſi aurũ: craſſi prædia: luculli ſuppellectilem ſecũ reputans aut temporum iniuria: aut tinearum pabulo: aut flammarum depopulatiõe: aut fluminum impetu effluere: abſumi: deuaſtari: ueræ ſe uirtuti totum addixit. Cuius gratia crates ille Thebanus magnũ argẽti pondus: & auri conſtantiſſime abiecit. Cuius ardore inflammatus Zeno audito rerum ſuarum naufragio: ridens iubet me inquit fortuna expeditius philoſophari: cuius præſidio fretus Democritus patrimonium ſuũ patriæ donauit. Anaxagoras agros incultos reliquit. Ad hanc uero Barbadice (te nũc alloquor) precioſiſſima Lucretii ſententia accenſus es: cuius hæc uerba ſunt. Sed nil dulcius eſt bene q̃ munita tenere edita doctrina ſapientum templa ſerena: Deſpicere unde queas alios: paſſimq̧ uidere: Errare ingenio: et contẽdere nobilitate: neq̧ parum Claudiani uerſus ad hoc te laudabile propoſitũ impulere. Ipſa quidem uirtus precium ſibi: ſolaq̧ late: Fortunæ ſecura nitet: nec faſcibus ullis Erigit: plauſu ue petit clareſcere uulgi: Nil opis externæ cupiens: nihil indiga Laudis: Diuitiis animoſa ſuis: Immotaq̧ cunctis caſibus ex alta mortalia deſpicit arce. Hãc igitur ut aſſequeret Barbadicus patauiũ

alteras Athenas conceſſit:ubi diuinas:humanaſq; leges ardentiſſime ample-
xatus eſt:quæ uitioꝝ emendatrices exiſtimantur:uirtutumq; cõmendatri-
ces:quæ crimina cateruatim erumpentia:maloſq; mores : uelut herba irri-
gua(ut Plautus ait)uberrime ſuccreſcentes extingunt amputantq;:quæ do-
cent quid ſit homini tributum natura:quantam uim reꝝ optimarum mens
cõtineat.Cuius muneris colendi:efficiendiq; cauſa nati:& in lucem editi ſi-
mus:quæ ſit coniunctio hominũ:quæ naturalis ſocietas inter ipſos . Has &
nocturna & diurna manu uerſauit:has tota mente ſecutus nullum ſine linea
diem duxit.Et licet ſuapte natura leges perplexæ & pluſq̃ gordianus ille no-
dus inuolutæ pleroſq; ita deterreant:ut præſumpta deſperatione quo uelint
euadendi circa ima ſubſiſtant:nulla tñ potuit difficultate cæleſte barbadici
ingenium ab honeſtiſſimo amoueri conſilio:dum cogitat nihil eſſe tam ar-
duum:quod ſtudio pertinaci ſcribendi:legendi:differendi:multa & conti-
nua exercitatione adipiſci nequeat mens humana:Cui ſic propria rerũ co-
gnitio eſt:ut aui uolatus:equo curſus:feræ ſæuitia.Q ua re quæ tã numero-
ſæ erant.paucoꝝ admodum annoꝝ intentione:addito ordine : ratione : &
modo tenaciſſime didicit:& breui metam:ad quam plurimi diutinis labo-
ribus uix perueniunt:patientiſſimus litterariæ fuliginis animus attigit . His
comitibus uernantia liberalitatis pomaria iugi parſimoniæ ſæpimento circũ
uallata penetrauit.In qua quantopere effulgeat animo concipere : nedum
uerbis explicare difficillimũ eſſet.Duo ſunt munificentiæ maxime proba-
biles fontes uerum iudicium & honeſta beniuolentia:dono autem ipſi gra-
tiam & magnitudo quidem ſua:Sed efficatiorem aliquanto opportunitas
cõciliat.Duplex etiam liberalitas a Tullio in legibus nominatur:Altera q-
dem ſine præmio:quæ benigna eſt & gratuita:altera cum mercede quæ cõ-
ducta.Hanc dotem ſic obſeruat Barbadicus:ut neq; in immeritũ ſuum con
ferat beneficium:neq; quicq̃ ex illo officio lucri præſtoletur. In quo Fabiũ
maximum imitatur:qui captiuos romanos fundo:quem unicũ poſſidebat
ſubhaſtato:quũ nihil ex illa ſperaret redemptione ab Hãnibale acerbiſſimo
romanoꝝ hoſte recœpit.Nec non.Q .conſidium:qui dum impia Catilinæ
coniuratione Roma tumultuaretur : opuſq; illi ingenti foret pecunia : neq;
de ſorte quemq̃ nominum ſuoꝝ:neq; de fœnore appellari a ſuis paſſus eſt.
Barbadicũ nõ noſtrum propemodũ ipſius liberalitatis præcordia cõſtat ha-
bere:qui quum ſit opibus excellens:multo etiam animo:q̃ diuitiis cenſetur
locupletior:Semperq; in diſtribuenda:potiuſq̃ in contrahenda pecunia oc-
cupatus:adeo ut domus eius quaſi quædam munificentiæ officina creda-
tur:quicquid rogatur:religioſe promittit: ꝙ non liberalis : ſed leuis arbitrat̃
polliceri:quod præſtare nõ poſſit:Eidem innitendo:quod ſemel admiſit tã-
ta eſt cura:ut nõ mãdatam:Sed ſuam rem agere uideatur.Ab hoc priuatim
alimenta inopia laborantibus:paupertate preſſis ſubſidia:detrimentoꝝ in-
curſu quaſſatis ſolatia erogant̃:hoſpites quoq; benigniſſime excœpti uariis

m uneribus ornati dimittuntur . O diuinum hoīs ingenium:O præſtantem naturam:quam rariſſimi quiq; poſſident ſacerdotes:omitto illos: qui cœleſti numine afflati reditus ſuos egenis impertiunť:qualis eſt Antiſtes noſter.P. Barocius oīum præconio in cœlū extollendus:Cuius theſauri médicis aſſi/due patent:q miſeris uirginibus doté(ut res poſtulat)amplā cōſtituit:q ſo/lertia inopū ingenia ſuomet ſumptu excitat:excitata adiuuat:adiuta perpe/tuo fouet:Sed pauciſſimoꝶ huiuſcemodi menté religioſoꝶ inuenias: q utili tatis ꝓpriæ rationé habentes imo uoluptatis:nō quot oues:& quonā pacto paſcendæ ſint:pſcrutanť:quod uigilantiſſimi paſtoris officiū eſt:Sed quātū ſingulis annis ex ſua ꝑfectura excerpi & extorqueri poſſit ſedulo ſciſcitanť: De animarū cura minima admodū mentio fit:de augendis ꝓuentibus ma/xima:quo plura iuměta:& multos ſeruos:ac eos qdem ignauos & ſtolidos domi alant:Et hi quidē ſyncæræ uidenť eſſe ſanctitatis:adeo obambulāt ca/perato ſupcilio:fronte corrugata:obliquo capite figentes lumine terrā foris Catonis intus ſardanapalli &(ut ille inquit)lupus in ore cruento lacteolam mentitus ouem ſub uellere molli:Quibus tū ſi quādoq; doloſi ſpes fulſerit numini confeſtim illic & Harpyaꝶ ungues : & argi oculos & Briarei manus cōſpicabere.Libuit mihi in hoc diuerticulum obiter declinare : atq; in falſos inuehi ſacerdotes:quo bonoꝶ uirtus clarius eluceſceret:q hanc ſibi inanem gloriolā nequaq̄ aucupanť:Sed potius ea ducūt laudabiliora:quæ ſine uédi catione & populo teſte fiunt:nō quo hominū cōſpectus fugiēdus ſit(oīa.n. bene facta in luce ſe collocari uolūt:)Sed tū nullū theatrum bonis moribus cōſcientia maius eſt:quoꝶ deniq; ædes uictum ſuppliciter petentibus aptæ ſunt.q nō pluris pecuniā faciunt terræ putoré:q̄ hoiem cœli accolā. Poteſt igiť ꝓculdubio Barbadicus inter heroas numerari qui ea uiget uirtute:quā in æthicoꝶ.vi. philoſophus heroicā nūcupat:quæ(ut idem ſentit)hoīes in apo theoſim ſola euehit:Cuius ſtudioſum nō iniuria diuinū ſolebant uirū laco/nes appellare:qua ut aſſeuerat Tullius nihil eſt naturæ noſtræ accōmodatiꝰ quod ita eſſe & Plinius & Seneca primæ lineæ ſcriptores manifeſtiſſime ſi/gnificāt:quoꝶ alter deus inquit mortali eſt iuuare mortalé alter q dent be/neficia deos refert imitari:qui repetunt fœneratores.Ab hac ergo beneficē/tia fortudo:a fortitudine modeſtia:a modeſtia prudētia tāq̄ annuli ferrei ex lapide herculeo dependent.In hoc uero campo laxis liberet (ut aiunt) loris expaciari:niſi me breuitatis ratio quā ab initio ꝓpoſui : pedibus inuitū inde extraheret:Cogor tū aliqua cōpendioſe recenſere:quæ uos(ut reor) mini/me offendēt:q arctiſſima cū Barbadico familiaritate cōiuncti eſtis: Scitis.n. q̄tope res externas deſpiciat:ꝙ nihil niſi quod honeſtū decorūq; ſit:aut ad/miretť:aut optet:aut expetat:nulli neq; homini:neq; ꝑturbationi animi.nec fortunæ ſuccūbat:ꝙ ea quæ eximia plæriſq; & præclara uidenť:parua du/cat:& ratione ſtabili firmaq; contēnat. Ea aūt quæ plures acerba iudicant: quoꝶ multa ac uaria in hoīum uita uerſantur:ita ſere cœniſaciat : ut nihili a

ſtatu naturæ diſcedat:nihil a dignitate ſapientiæ.Nõ ignoratis eum nec me
tu frangi:nec cupiditate ſeq; inuictum & a labore:& a turpi delectatione p̃/
ſtare:Iracundiã lupato cohercere linguã intra dentiũ uallũ fortiſſime conti/
nere.Sileo dedita opera temperantiã.quã ille imprimis exercet:Cuius ope
oẽs animi ſedat pturbationes:modũq; aureũ:ſine quo reliqua ornamẽta in/
condita ſunt:adamuſſim ſeruat:qua magiſtra:& ratione & oratione tẽpeſti/
ue uti & agere quæ agenda ſunt conſiderate:omniq; in re quid ſit ueri uide/
re:& tueri didicit:Cuius p̃ceptis nõ modo manus: ſed oculos ẽt continẽtes
habet. Sceleriſq; ſuſpitione nedum ſcelere uacat:qua præſente iocat͂ ut q ſa
cetiſſime:Indicat ut qui æquiſſime:Suadet ut qui ſynceriſſime:cõmouetur
ut qui tardiſſime:placat͂ ut qui celerrime.Quid in domeſticos manſuetudi
nẽ recenſeam:Seruis utit͂ tanq̃ cõſeruis:cũ eis clemẽtiſſime & comiter agẽs
in ſermonem eos & nõnũq̃ in neceſſaria admittit conſilia maiores noſtros
æmulatus:qui omnẽ dominis inuidiam omnẽ mancipiis contumeliã detra
hentes dominũ patrẽfamilias:mancipia familiares appellauerunt cogitãtes
illa eiſdẽ:quibus nos ſeminibus orta eodẽ frui cœlo:æque uiuere:æque mo/
ri:Inde fit ut ab illis colat͂ potius & ueneret͂ q̃ timeat͂.Prætereo prudentiã:
Cuius poſſeſſione ueteri græcia(ut uetuſtum adagiũ eſt)dignus p̃dicari po/
teſt:quæ efficit ut licet multis ſimulationũ inuolucris tegat͂:& quaſi uelis q̈/
buſdã obtendat͂ uniuſcuiuſq; naturã cognoſcat:neq; fronti: aut oculis: aut
uultui fidat:quæ p̃ſæpe mentiunt͂:Nec hoĩes fortuna metiat͂.Sed moribus
ſtultiſſimũ ratus:q uirũ aut ex ueſte:aut ex cõditione quæ modo tunicæ no
bis circũdata eſt:æſtimãdũ putat:ut qui equũ empturus nõ ipſum inſpiciat
Sed ſtratũ eius ac frænos:Cuius mãdato aſſentationes uitat blandiſſimũ ue
nenũ & in neruos pectus atq; præcordia ſenſim illabens: Simultates depo/
nit temerarios mentis impetus cõpeſcit:pernicioſas ſenſuum uoluptates ſic
refrenat ut nulla eũ ambitio:nulla unq̃ largitio:nullus timor:nulla auctori/
tas mouere poſſit de ſtatu.Omitto ꝙ ita difficillimũ eſt integritatẽ Hierony
mo ſubtrahere ſicuti uel Herculi clauã uel ioui fulmen uel uerſum Home/
ro.Taceo eius comitatẽ nõ ſine ſeueritate eſſe:neq; grauitatẽ ſine facilitate
ita ut arduũ ſit intellectu utrũ cũ uereant͂ magis an ament. Pertranſeo alia
quæ fœliciſſimã illã Tullii ubertatẽ poſtularent: Et iamiã nauim inhibeo:
uela detraho:ad portum remulco accedo. Quare accinge te Barbadice præ
ſtantiſſime ad ſumenda ſacroſancti iuris inſignia:ad quæ illarũ artium hu/
meris quibus infans educatus es puer nutritus adoleſcens excultus:Iuuenis
cõditus digniſſime ſuccollaris.quæ quũ accœperis patrem te:& Iacobi matu
ritati præſta & Hieronymi acumini:Nolito a Marco & Auguſtino(quod ha
ctenus effeciſti)& parente uiro cũ ad publica tum ad priuata negocia aptiſſi
mo degenerare:Noſti.n.illud euripidis boni bonis creant͂:quẽ imitatus Ho
ratius graphice dixit:Fortes creant͂ fortibus & bonis:eſt in iuuẽcis:eſt in eqs
patrum uirtus:nec imbellẽ feroces ꝑgenerant aquilæ columbã.Proinde ſi/

ſtas ingredere:ſi ingrederis curre:ſi curris aduola:Adde aliquid in dies regiis
quæ in te fulgent uirtutibus:cōſidera nullum tuū dictū latere poſſe:adeo in
excelſa ſpecula in luce clariſſima:in oīum conſpectu uerſaris:nihil eſt quod
te a Sancto uiuendi ꝓpoſito auertere queat:ſi tibi auitā nobilitatē:adoleſcē/
tiā innocentiſſime tranſactā ingenuas animi dotes:qbus hucuſq̧ inter cæte
ros noſtræ tempeſtatis iuuenes:ut iter ſidera heſperus enituiſti ante oculos
ponas:Si diuina illa muſonii & catonis cēſorii uerba ſemp in pectore ſemp
in memoria habebis:Siquid p laborē recte feceris:labor ille a te cito recedet
bene factū dū uixeris nō aufugiet:Sed ſi quid ꝑ uoluptatē nequiter ꝑpetra/
ueris:uoluptas cito abibit neqter factū:illud apud te ſemp remanebit.Sed
quid curenti calcaria ſubdo?quid noctuas athenas porto?quid ſus mineruā
doceo?Te igiť ipſum adhibe in ꝯſiliū te audi tibi obtēpera:Nūq̄ errabis ſi a
te met nō deficies:ſi ciuiū affiniū familiariūq̧ ſpem quā de te cōflaſti quan
tū poteris(poteris aūt q̄tū uoles)cōſultiſſime ſubſtinebis.Quod ſi ut cūctis
exploratū eſt obſeruaueris præcipuos quoſq̧ honores & Romæ:& ubicūq̧
fueris aſſequere:familiāq̧ tuā quæ nullā uideť poſſe ſplēdoris capere acceſ/
ſionem eminentiſſimi decoris ſuperpondio eo extolles quo nulla unq̄ neq̧
priſcis neq̧ noſtris temporibus gens ꝓuecta memorať. Dixi.

Eiuſdem panegyricus in Magnifici Antonii Chalcidici pa/ tauinæ academiæ rectoris cōmendationem.

MAximæ profecto & īmortales uenetæ reipublicæ nunq̄ ſatis
laudatæ gratiæ & habendæ & agendæ ſunt:referri enim ne/
quaquā poſſent.Sacroſancte antiſtes ꝑtores magnificentiſ/
ſimi.Viri ingenioſiſſimi:Quæ imperio ſuo longe oīum quæ
oceanus ambit æquiſſimo ſubiectos: nō modo armis tueri:
conſiliis fouere:pecuniis adiuuare uoluit:Verum etiā ad uir
tutes artiumq̧ nobiliſſimarū enciclopædiam præcipuo ſomite ac incitabu/
lo accendere. Conſtituit namq̧ gymnaſia in quibus uiri undecunq̧ eru/
ditiſſimi liberales diſciplinas profiterentur.Quo plurimi ex diuerſis mun/
di regionibus agminatim confluerent:ſopitaq̧ ingenia aſſidua exercitatio/
ne ſtudio iugi:lectione frequenti: ad fortunatiſſimam ingenuarum uirtu/
tum frugem excitarent proueherentq̧: ut qui corporis & fortunæ bona: a
Deo optimo maximo largiſſime accœpiſſent:animi quoq̧ cōmoda indipi
ſcerenť:quibus illa deeſſent:horum acquiſitione miſerabilem iacturā com
penſarent:quo nihil humano generi Vtilius neq̧ fieri neq̧ potuit excogita/
ri:Sed quia ſine gubernatore nauis facile periclitať: ſine auriga currus præ
cipites eūt:ſine rectore multitudo huc illuc mētis īpos deferť: Annuos eſſe
gymnaſiarchas eadem ſanctiſſima ſanxit reſpublica:Qui honeſtiſſimo ſcho
laſticorum cœtui præficerenť:Qui ſingula ad ſcholaſticos attinentia aucto
ritate regerent:prudētia penſitarēt:dexteritate moderarenť:in quibus qua/
tuor præter cætera animi dotes eminere neceſſe eſt:dignitatē ſcilicet uirtutē

adminiſtrandæ prouinciæ ſcientiā: Affabilitatē quas quidem Mar. C. ſum-
mo imperatori oportere ineſſe prudentiſſime exiſtimauit: Quas oīs in anto
nio Nuperrime oīum ſuffragiis atq; conſenſu rectore declarato florere quis
ambigat? Cuius natales & familiæ Nobilitatem uix ſatis pro dignitate cice-
roniana fulmina: Demoſthenica tonitrua. Liuiani Torrentes explicare poſ-
ſent: nedum ipſe Tirunculus nullius facūdiæ: Obtuſiſſimi ingenii: oratoriæ
artis ignarus: cui ſilere longe ſatius fuiſſet quā cum periculo in hāc limpidiſ-
ſimā omnium doctrinarum lucem prodire: quo nūq̄ adeo temere acceſſiſ-
ſem: niſi me amicoꝝ preces ueſtraq; benignitas patres optimi diu recuſan-
tem impuliſſent: Quoniā igiť animante tuba Galeatum ſero duelli pœnitet
Nos quoq; oram ſoluemus & ſūmi opificis auxilio implorato in altuʒ uela
dabimus dædali potius quam icari fortunam precati: A dignitate igiť ſume
mus exordium: Quæ a patria parentibuſq; (quod etiā fabius aſſeuerat) pro
ficiſciť. Genitale ſolum circunſpectiſſimo iuueni Antonio Chalcis eſt: eu-
boeæ metropolis: iuxta memoratiſſimū perſaꝝ bello euripum poſita aucto
re ptolemeo: præconii noſtri haud quaquā indiga: quæ certatim ab hiſtori
cis cōmēdať. Pater cōſtantinus petrinus (ut nunc uulgo loquunť) comes q̄
plurimi in græcia nominis domi foriſq; præclariſſimus fuit: & ad difficilli-
ma quæq; obeunda cū priuata tum publica munia promptiſſimus. Quem
Turcæ omni tormentorum genere cruciatum crudeliſſime tandem interfe
cere. Arſenius frater ad ſumma militiæ decora prouectus inſignem facinoꝝ
ſuorum poſteris memoriam reliquit. Nec iniuria eo enim uigebat ingenii
acumine: ea animi præſtantia: ea cōſiliorum ſolertia: quæ in ſingulari quoq;
duce poſtulať. Manolius ſecundus frater tempeſtate noſtra in Cypro inſu-
la arci cuidam haud ignobili præeſt. Vir fidei integerrimæ: pectoris candidiſ
ſimi famæ inuiolabilis: Matre natus eſt Raymunda matrona pudiciſſima
Michaelis rali filia: qui cū Tria oppida patrias Sc.clomutium. Clarentiamq;
pertinaciter a turcarum exercitu expugnata amiſiſſet. Ad uenetos ut ille in-
quit rerū dominos gentemq; togatā cōfugit: a quibus uniuerſis ſtratiotarū
Turmis honorificentiſſime præfectus eſt: Quod munus quāta gloria quoq;
mentis robore ſuſtinuerit uos præſides iuſtiſſimi ueriſſime teſtari poteſtis.
Cui demetrius frater ſucceſſit: ductor minime deſpicabilis & Venetæ ariſto
cratiæ longe accœptus. Helenam ſortitus eſt auiā conſtantini paleologi: bi-
zantini Imperatoris neptem: quæ cū cōiuge ab hoſtibus trucidato uenetias
Nauigaſſet: ſenatum bucentauro uectū: & matres gemmis auroq; conſpi-
cuas obuias habuit: comiterq; ac benigniſſime a tota ciuitate ſuſcœpta eſt.
ſed dū ſingula ambitioſe proſequi ſtudeo: nihil exequor copioſe potiuſq; ge
nus & antiquiſſima nomina mea detero Garrulitate: quā extollam. Quare
omiſſo maioꝝ ſtemmate ad Antonii dignitatem accedamus: qui Vultu in-
ceſſuq; Catonianam quādam Grauitatem ſummam in eloquio lepiditatē:
ſenilem in omni negocio præſefert maturitatem: Quis dubitat quātæ apud

omnes cõmilitones fuerit auctoritatis? Qui unus inter cunctos tanto fauo-
re: ſingulorum aſſenſu: abnuente nemine moderator dictus eſt? Quantã de ſe
æſtimationẽ præſtitit prudentiæ ueſtræ uiri conſiliarii? Quorum ſuffragiis co-
optatus eſt? Quid ſignificabat ardor ille uocaliſſimus tot Applaudentiũ. Ni
ſi incredibile quoddam in Antoniũ & laudabile ſtudiũ? At nullius præhẽſa-
uerat Manus. Nulli proemia pollicitus. Adulatus nemini: omniũ tñ aſſenta-
torum palpatorumque digniſſimus iudicatus eſt. Qui ad hoc ſublime faſtigium
Totis ceruicibus ſuccollaret. Nec temere: eſt enim talis ut nulla res tanta ſit
nulla cauſa tam difficilis: quam ille non & conſilio regere & ſapientia confi-
cere queat: uincit in menelao regiam dignationem: in Vlyxe ſagacitatẽ: in
neſtore mellitam iucunditatem. Venio nunc ad uirtutẽ illius. Quid igit̃ im
primis dicã de morum lucifero iuſtitia? Quam plato uirtutem optimã. Ariſto.
præſtantiſſimã admirabilemque: Cicero excellentiſſimã appellat. Hæc ita in
Antonio enitet: ut nihil optet: nihil agat: nihil cogitet niſi quod ſit legibus tẽ
peratum & æquitate ſubnixum: qui nunquam metuit loqui quod æquum
eſt: ſi illum ſylla premat ferusque carbo ſi triſtes marii: Truceſque cinnæ: ſecu-
rumque necis caput latuſque circũſtent gladii triumuirales. Quid loquar de pru
dentia? de animi fortitudine? de Affectuum Temperie? de mediocritate quã
auream uocat horatius? Non deſcẽdo in ſingulas neque in ſingulis perſiſtere
animus eſt: ne aures ueſtras uiri ſapientiſſimi delicatiſſimas longa nimis ora
tione contundã: ferendi grauiſſimi ponderis firmitatem antonio nõ deeſſe
iudicia ueſtra cõdiſcipuli ingenioſiſſimi exactiſſima meridiana luce clarius
comprobarunt: qui hunc ex tam numeroſo collegio in ueſtrum principẽ de
legiſtis. Namque hoc ille peculiare & hæreditarium eſt aliis imperare: quorum
aui atauique ſemper imperarunt: Qui eſt mente pura conſcientia inuiolabili
& qd in paucis eſt cogitatõe ſyncera. Affirmant Plinius & Seneca apiũ regẽ
ideo admirabilẽ eſſe: quod nullũ habeat aculeũ: maieſtate tantũ armatus at no
ſter dux cui nõ admirabilior uideat? qui nõ modo ultro iniuriam nõ infert.
Sed ne laceſſitus quidem quũ poſſit ulciſcit: quippe minuti ſemper & exi-
gui eſt animi infirmique uoluptas Vltio: qui omnium recordari ſolet præterque
odiorum: Nõ eſſe mentis generoſæ ducens (quod etiã philoſophorum uexillifer
cenſuit Ariſtoteles) refricare animo præſertim mala: ſed magis paruipende-
re: Reliquum eſt ut de affabilitate ac modeſtia uerba faciam: quarum uos
omnis teſtes aduoco: qui uel minima cũ ipſo conſuetudine coniuncti eſtis:
Quid enim uerbis huius blandius? Quid indole ſuauius? Quid familiarius
eſſe poteſt? In cibis cuius ſacerdotis abſtinentior Cerimonia? In uino cuius
ſenis menſa frugalior? Operto conclauis huius nõ ſanctior ara ueſtalis: Nõ
pontificis cubile caſtius: nec Flaminis puluinar tam pudicũ: in officiis ami-
corum non dico paria reddit ſed potius anteuenit: erubeſcitque quoties in obſe-
quendo aliquis præcedit. O mentem auream: O pectus ſpecioſiſſimum: O
probitatem admirãdam: celebre fuit Scipionis dictũ: amiſiſſe ſe diem: quo

ſibi amicum non conciliaſſet. At iſte horam ſine linea duxiſſe conqueritur: qua familiari ueluti quodam ſuperpondio auctus non ſit. procul abeſt a cōtentione: ab inuidia: ab indignatione: plenus manſuetudinis liberalitatis abſtinentiæ: doctrinæ addictus: ueræ gloriæ cupidiſſimus: uoluptati aduerſus dei cultor eximius: flagitioſorum hoſtis acerbiſſimus: bonorū fauiſſor incredibilis. Adulationi infenſus: mendacii Oſor: ueritatis amator. Ludorum illiberalium neſcius oſtentationis: Impudentiæ: Temeritatis penitus expers q̄ turbari neſcit: nihil expetit & potiores herculis ærumnas credit ſæuoſq̄ labores & uenere & cœnis & plumis ſardanapali: quiq̄ maiorem magiſtratui q̄ ipſe ab eo accœperit famam allaturus eſt: iraſcor patres obſeruandi & grauiſſime indignor Platonicā mihi ubertatem: & uaſtiſſima hortēſianæ facūdiæ flumina hoc potiſſimū tempore diuina quadā (quod uetuſtū adagium eſt) uirgula non ſuppeditari: quæ proculdubio in ſingulis uirtutū huius meritis pleniſſime connectendis areſcerent: Dabitis igiť Veniam uiri ſapientiſſimi ſi Coſmographos imitatus ſum: qui Terrarum orbem unius tabulæ ambitu circūſcribunt: Opprimor enim rei magnitudine: & quo maius pelagi ſpatiū emenſus ſum: eo plus ſupereſt: uelis igiť (ut aiunt) & remis ad littus contendam: ne naufragium faciam: Ne ſcopulis illiſa nauicula priuſquam portum aſpiciat ſummergať. Tu ergo antoni nobiliſſime accinge te fronte illa ſerenata: Illa animi fortitudine qua uti in omnibus ſoles ad ſumenda ſplendidiſſima tātæ p̄fecturæ inſignia: Tutelāq̄ gymnaſii gymnaſticæq̄ dignitatis tota mēte ſuſcipe: ſuſceptam ita foue ac moderare: ut celeberrimus hic ſcholaſticorum ordo: tua diligentia: probitate: induſtria: conformeť augeať: Illuſtreť. Illud tibi biātis die noctuq̄ ſemper ſit in pectore. Magiſtratum uirum oſtendere: Tu uero apertiſſime declara uirum magiſtratu multo eſſe clariorem: Enitere quæſo ut expectationi quam de te concitaſti ſatiſſacias: ut in te omnium oculi conuertanť: te miris in cœlum laudibus efferant. Tibi ſe ſinguli debere fateanť: Id quod facillime nanciſceris: ſi quod erit laudabile ſūmum bonum credideris: ſi ab honeſtate nunquam declinaris: Si nulla te libido fregerit: ſi ſummum malorum uoluptates exiſtimabis: ſi toto animo ad metam illam properabis: quam Zeno ſtoicorum princeps: Socrateſq̄ Terreſtre (Apollinis ſententia) numen fixere conſtantiam uidelicet: & aduerſus omnia uulgi Terriculamenta firmitatem: ſi iuſtæ more bilancis non magis in dextram flectes: flecteſue ſiniſtram: ſed quid ego te hortor: cum tua ſis ſponte ſatis incitatus? quaſi uero (ſi diis placet) tu ipſe nō longius uno (quod aiunt) oculo futura proſpicias: quā alii duobus. Vos igiť commilitones huic præſto eſte: huic obtemperate tanquam legitimo rectori: ut ipſi ab eo tanq̄ ſcholaſtici haberi mereamini: Scitum eſt illud Domitii oratoris: cur ego te inquit habeam ut principem cum tu me non habeas ut ſenatorē? Illa reſpu. liberaliter inſtituta eſt: i qua deteriores melioribus obſequunť: Ille exercitus optime inſtructus eſt in quo milites imperatori audientes ſunt: Ille ſcholaſti

corum conuentus bene moratus beneq̧ compactus uidetur:in quo ſcholaſtici rectorem colunt a rectoris præcepto ne tranſuerſum quidem unguem recedunt: Rectorem tanquam ducem affectant. Vnum uobis conſtantiſſime polliceor: auitam huius nobilitatem: Vitam innocentiſſime actam: Mores ingenuos eum nobis ſpondere Gymnaſiarcham: quo nec probabilior quiſq̄:nec melior:nec amabilior deſyderari nedū Creari potuiſſet. Dixi.

P. Patth. Artium ac legum peritiſſimo Guarnerio Zuccho Foroiulienſi patritio & patrono ſuo. S. D. P.

PErſarum Reges (ſi quicq̄ hyſtoricis fidei adhibemus) præter cætera animi uitia igratitudinē & infenſius oderāt:& plectebāt acerbius:quod licet barbaroꝝ inſtitutū ſacris tñ athenienſium romanorumq̧ legibus inſerendum quū ipſe miris ſemp ſuerim laudibus proſecutus:nō ne ad extremū improbitatis pueniſſe iudicarer:ſi inculpatiſſimū illud crimen præceps incurrerem ? Incurrerem uero ſi tuoꝝ i me officioꝝ quæ cumulatiſſima ſunt: Hoc imprimis tempore obliuiſcerer: quo aliqua mihi anſa porrigit:ſi nō parem meritis gratiā referendi ꝓpenſiſſimū ſaltē meū erga te ſtudiū apertius aliquāto q̄ antea ſignificandi: Tibi igit funebres has dicaui laudationes (detuliſſem lætas n iſi ſuauiſſimi parentis leſtū oēm tibi in poſterū lætitiā ſuſtuliſſet). Quibus tāq̄ præſentaneis remediorum fomentis domeſticā ſolere iacturā:quāuis ego ſtultior ſim: q philoſopho cōſtātiſſimo & uariis alias fortūæ ꝓcellis agitato doloris lenimēta illinā Quæ ſi tibi acerrimi uiro iudicii ſuffultū quādoq̧ interdū fluctuantes: modo elumbes & eneruæ:aliquādo ieiunæ uidebunt:id omne & aliis ſtudioꝝ occupationibus quæ me ab huiuſcemodi dicendi illecebris penitus auertūt & lugubri materiæ q̄ orationis reſpuit lenocinia aſcribito. Accipe igit munuſculum:quod quidē ſi ipſum trutines uiliſſimū eſt:ſi dantis uoluntatē introſpicias: precioſiſſimum: & mancipium tuum perpetuo dilige tuere foue. Vale. Iulienſium decus.

Laudatio Petri parthenii Tulmetini in Hieronymi Turriani
Medici celeberrimi funere patauii publice habita.

QVanto magis humanæ uitæ fragilitaté mecũ ipſe uoluto: tanto in dies acrius obſtupeſco concio honoratiſſima. Natura.n.noſtra inter ortũ & morté conſiſtens inſtabilis & quaſi phantaſtica eſt. Ná ſi menté collegeris ac ipſam cópræhẽdere uolueris quẽadmodũ aqua manibus hauſta quo præſſius aſtringit eo citius fluit: ſic mutabilé uitá ut magis ratio pſequit ita uelocius amittit adeo modo diſſipat modo contrahit modo ut lubricus ſerpens elabit: Nũq̃ ad firmá pót ſtationé puenire Nec.n.hominis generatio ſtat. ſed infans puer adoleſcens iuuenis uir ſenex decrepitus ac quibuſlibet primis corruptis ætatibus ad nouas ueniens tandem oino morit: Ridiculoſi ergo ſumus mortales uná timentes morté: qui ſæpiſſime iam mortui ſumus ac ſæpius moriemur. Jureq̃ optimo naturam Plinius undecũq̃ doctiſſimus nouercá appellauit: quæ longe plura efferatis belluis q̃ homini rationis capaciſſimo tribuit. Gloriat aliqs ſe gẽmis auroq̃ redundare: ſed ditiores ſunt hyperborei gryphes: hic acutior uiſu q̃ lynceus eſt: ſuperat ab aquila. Alius uegetiori uiget corpis robore q̃ milo crotoniata ſed cedit leonũ ferociæ. Multi papyrium curſoré agilitate antecellũt: qui fugacibus ceruis cóparati cẽſent inertiſſimi. Plæriq̃ ſobolis fœcunditate beatiſſimi cupiunt nuncupari: quũ plures pariant araneoli mureſq̃ ignobiliſſimi. Formoſitaté corporis iactare mentis compos nemo poterit: quæ breui adeo extinguit tempore: ut antequá floreſcat: defloruiſſe uideat: præſertim quũ nó modo pauones phoenicem cæteraq̃ id genus auitia uerum inanimata artis opera picta ficta texta nó parua uideat extare pulchritudine. Vitam multi longiſſimá traduxiſſe paſſim & omnium auribus inſuſurrát: quũ cornicem elephanté & uiliſſimũ animal coruũ ſe ipſos multo annorum numero conſpiciant anteire: Sed quid longius euagamur: dum uiuendi breuitaté ſignificare enitimur? Ecce nobis ante oculos euidentiſſimũ humanũ imbecillitatis argumentũ poſitum eſt: Hieronymi Turriani Mors præmatura: Cuius nó me latet uos omnis cruciabili teneri deſyderio: Nũquid.n.parũ deſyderandus eſt: qui undecũq̃ conſumatiſſimus: qui genere primarius patria fœlix domo clarus maieſtate diuinus: Aetate integer fuit. Qué ſi laudandum: a maiorum ſuorum patria & nobilitate paulo diffuſius cóſtituerẽ magnus me pfecto annus deficeret. Dicá tñ aliqua æque ac canis in ægypto lambẽti potius ſimilis q̃ plenius ppinanti. Ex gallia oriundi ſunt Turriani ſobole quidẽ regia: & inter cæteros celeberrimæ illius regionis ingeniorũq̃ ac bellicæ artis fama memorádæ principes uetuſtiſſimi nominis: qui nó minus prudentia conſiliiſq̃ q̃ militari diſciplina eo creuere: ut præter unũ regẽ: quẽ galli ſupra cunctas terrarũ orbis nationes diuinis uenerant honoribus: Turrianos colerent Turrianos admirarent: Turrianos meritis in cœlum laudibus extollerent: hi grauiſſima regiæ adminiſtrationis onera incredibili ſapiẽ

tia ſuſtinebant:atq; ita acriter tuebant̄:ut ueluti palmæ idumeæ in pondus
niterent̄: ſempq; alacriores exurgerēt quo impeditiori ſarcina præmerent̄.
demū eo deducta eſt familia hæc nūquā ſatis cōmendata ut quāq; fabioꝝ
gens ex unius tantū capite penderet:q cū ſplendidiſſima ꝓuinciæ illius uirgi
ne matrimonio coniunctus uxoris inſigne ſuo adiecit lilium ſcilicet florem
candidiſſimū uenuſtiſſimum eminentiſſimū altiſſimæ turri quadratæ inex-
pugnali ut inuicta illa Turrianoꝝ fortitudo omniū uirtutū moderatione tē-
peraret:confluxere paulopoſt in italiam orbis deliciū mediolanūq; inſubrū
metropolim aptam ſibi ſtationē delegere:ubi breui quidē primā in oppido
oppulentiſſimo notā ſunt aſſecuti.E qbus ioannes urbis imperio potitus eſt
in qua annos.xv. fauſtiſſime regnauit pulſis uicecomitibus:quoꝝ maximæ
ea tempeſtate uires erant: Ex hac gente martinus ille inclytus & bellicoſus
ductor natus eſt:qui Ecerinū totā Ciſalpinā galliā ferro igniq; late deuaſtā-
tem ad adduam flumē prius uulneratū cœpit.eius exercitū fudit fugauitq;
Nō ſine intenſiſſima liguꝝ lætitia:quos iā hoſtis ſic afflixerat attriueratq;
ut reſpirandi uix daret̄ locus:Mirum eſt quāto hæc clades glorioſiſſima gau
dio patauinos affecerit:quoꝝ.xii.millia ueronæ ab ecerino inuſitatis Tor-
mentoꝝ generibus miſerabiliter fuerant obtruncata: Hinc eſtima patauiū
quid debeas Turrianis:quāti tibi domus iſtius ſemidei ꝓceres faciendi ſint
quoꝝ alii te a belloꝝ iniuriis: alii ab ingruēti morborum agmine diuinitus
uindicarunt:ſed quū diu tranquilliſſime imperaſſent(ut eſt reꝝ oīum uiciſſitu
do)ab othone uicecomite qui auxiliares a gregorio pontifice copias implo
rarat:demū mediolano eiecti ſunt:quoꝝ pars ueronā uenetiæ corculū pars
uero aquileiā ſcriptoꝝ teſtimonio inſignē ꝓfecta eſt:ubi qdā ex his patriar
chæ oīum aſſenſu creati iulienſibus carnorum Rhetis uindelicis iapidibus
iſtris dalmatiſq; dominati ſunt: inter quos Raymundus ualida expeditoꝝ
militū manu comparata in mediolanenſem agrū hoſtiliter impetū fecit: &
uicecomites pleriſq; leuibus p̄liis ꝓfligauit: Deniq; cōmiſſo certamine quū
acerrime diuq; pugnatū eſſet ambo exercitus æquo marte receſſere.ſupſtant
& hodie hurnii municipio cū ſitus amœnitate tū ciuiū frequentia cōſpicuo
cōplures Turriani:q partim opibus ptim genere cū quauis patriæ noſtræ fa
milia tutiſſime cōtendere poſſunt:ſed nec eis q ueronā petiere fortuna de-
fuit.haud.n.multo poſt cū regulis ſcaligeris affinitatē arctiſſimā iniere: a
quoꝝ cōſiliis illi ne minimū unguē recedebant: qbus ueluti ſapientioribus
lubentiſſime ſemp obtemperabant:Nō poſſum cuiuſdā turrianæ beatricis
dotes recenſere quæ quū ſanctiſſimis moribus eſſet affatim decorata:cele-
berrimū illud diuæ claræ cœnobiū ſuis cōdidit impenſis:ubi ipſa cū nōnul
lis aliis ueſtalibus uixit caſtiſſime:Longū eſſet explicare quantā foret apud
alexādrū pontificē nuperrime extinctū dignitatē ſortitus ludouicus ſeraphi
cæ religionis candidatus:Qui quū ad Cardineū apicē ad quē tot incaſſum
anhelant hortante alexādro ꝓuehi poſſet:Magnanimus heros recuſare nō

dubitauit: Generoſe mentis exiſtimans nō appetere ſed oblatos contēnere
honores: I nūc uetuſtas memora curios numera fabricios lauda cincinatos
Neminē in ſpernendis dignitatibus Turriano noſtro inuenies cōſtantiorē:
Dominicus defuncti auꝰ eximiæ uir dexteritatis Catherinā mediolanēſem
animi corporis ac fortunæ bonis locupletiſſime dotatā ſibi matrimonio
copulauit. Vnde ortus eſt baptiſta : q cū ſuis laudibus tum hieronymo filio
oīum fortunā ſuperauit: De pluribus poſſem facere mentionē: niſi laudator
eſſem nō hiſtoricus : Referta ſunt pſtantiſſimis huius familiæ geſtis monu
menta: Nouit tota europa Turrianoꝝ ſplēdorē. Nō finguntˀ hæc. Vtinā for
taſſis nō deprimerentˀ: Venio nūc ad hieronymū ciceroniana illa ac demo-
ſthenica tuba decātandū: Qui pclariſſimis editus parētibus baptiſta ſcilicet
& lucia cāpanea quū primū reptare cœpit: ebibit ſobrios & caſtos mores ſan
ctiſq; ſuoꝝ exemplis educatus: Maniſeſtiſſimā futuræ frugis ſpem amicis af
finibuſq; pbuit. ita ad pietatē ad fidē ad diuinū cultū edoctus erat : litterariū
ludū quotidie frequētabat: Redibat domum indies doctior creſcebatq; uir
tus creſcentibus annis: Quiduis puerū diligebant adoleſcentuli iuuenes ad
mirabantˀ ſenes deoſculabantˀ: Mira nāq; illi uiuacitas uerſatile ingenium
memoria tenaciſſima laboris patientia diſcendi cupiditas inerat: Idē forma
uigebat & uenuſtate quadā incredibili: plenus gratiaꝝ lepore cōditus: qui
quū adoleuiſſet patauiū ſcientiaꝝ aſylū aduolauit: Vbi parū moratus totā
doctrinæ ſuæ fama ciuitatē repleuit. Hieronymū puberes impuberesq; ad
unū nouerāt oēs: Aſſurgebant ſinguli ptereunti hieronymo digito hierony-
mū oſtentabāt: Nec iniuria. Nūquā. n. impenſiſſimā ingenuis artibus operā
nauare ceſſabat aſſiduis pceptorē qſtionibus fatigabat : inueniebat acutiſſi-
me: diſponebat exqſitiſſime concludebat accōmodatiſſime: Neſcites utrū
plus acuminis i eo (ſic. n. appellabo) numine an litteraturæ ſeſſitaret: Nihil
enim tā arduū: tā difficile tā abſtruſum poterat reperiri: Quod ille nō ex tē-
pore ferme inueſtigaret explicaretq;: ſed dū poſteritati cōſulere optimū cen
ſet: Cōiugem ducit honeſtiſſimā quæ more ſabinarū paratas a coniuge res
& ſub tectū cōgeſtas cuſtodiebat ſapientiſſime: & cætera exequebatˀ nego-
cia quæ ad ſolertiſſimā attinent matrēfamilias: uiri. n. exercitatio forenſis &
extranea parū pdeſt niſi ſit domeſtica diligentia: flagrabatq; pulcherrima in
duſtriæ maritalis æmulatione ſtudēs acta uiri cura maiora atq; meliora red-
dere: ex qua liberos ſuſcœpit liberales pſpicaces ac elegāter eruditos: Quo-
rū unus Mat. Antonius annoꝝ. xvi. (quod neſcio an alii acciderit unq̄) fre-
quenti auditorio medicinā publice pfiteri occœpit in quo q̄ uariæ floreāt
animi dotes: q̄ penſiculatū ſit rerū oīum iudiciū q̄ candida pbitas: Nihil eſt
ꝙ apud uos enumerē: quippe oēs huiuſce rei teſtes adeſtis nō iudices: Qua
lē uero Mar. Antoniū pnoſcitis: Tales & Iuliū & Baptiſtā & Raymūdū fra-
tres nō ignoratis: in qbus mirifica quædā humanitas comitas affabilitas p-
ſpicaciaq; ſupra q̄ dici poſſit emuncta explēdeſcūt: ſinguli alterū æmulantˀ

omnes patrē: Ea inſup degunt cōcordia: ut quattuor corpora una ſuſtentari anima iureiurādo affirmes: Quos qdē ois def modo uita ſupſtes patri minime diſſimiles luce clarius meridiana conſpicabimini. His igiť liberis fœlicissimus hieronymus p ſingulos dignitatis gradus in hoc gymnaſio aſcēdēs ad iſtā deniq3 florētiſſimā medicinæ lectionē peruenit: in qua proh bone Deus quātū cognitionis oſtendit quātū genii: Abdītiſſima ſenſa eruens: occultas argumētoꝝ ſalebras aperiēs & a nullo prius intellecta lucidiſſime declarans. Pronūciabat uoce canora & iucunda interdū ēt concitata: Ea corporis ſublimitas erat is ardor oculoꝝ ea frontis auctoritas geſtuū ꝑſtantia ut a nemine uincereť: Valuit ēt animi uigore: quē nec metus frangebat: nec acclamatio terrebat nec audientiū maieſtas ultrā debitā reuerētiā tardabat. Ita in diſputando callidus ut in quocūq3 grauiore actu nō deficeret: Ornabant eū plurimū ingeniti ſales riſuſq3 delicatiſſimus: ſed q neq3 multus erat neq3 ob multa neq3 ſolutus: quū riſu inepto (quod teſtať poeta) res ineptio nulla ſit. Ornabant itidē oia corporis liniamēta. Nō poſſem ſine piaculo ꝑterire excellentē ipſius in peragēdis oibus negociis ſagacitatē: Abſolutā in gubernāda familia diligētiā: quæ regēdo orbi ſuffeciſſet. Cuius quū tot diuidereť animus curis: quū tot ꝓpellareť tumultuationibus: incōcuſſus ſemp & par adamātinæ turri Turrianus ipſe fluctuātibus fortunæ flatibus reſiſtebat: Eodē aduerſa quo ſecunda uultu excipiens. Nihil deniq3 in ſūmo principe deſyderari fas eſt quod nō uberrime benigniſſima rerū oium parens natura hieronymo indulſerit: Quāobrem illū ceu terreſtre numen patauinæ lumina academiæ impēdio obſeruabant. Illū tāq̄ inumerato oia habentē ſiqn̄ dignus uindice nodus incidiſſet cōſulebant: Illū plurimi faciebant exāctiſſimi ingenio rū ſpectatores ueneti: A qb⁹ uenetias ueluti romā ex epidauro eſculapius acciebať: quoties morbo aliquis incurabili laborabat: Nec fruſtratoria erat curatio adeo illi licebat tumulis excire cadauer: Cōclamatos ad uitā reuocare diutina maceratos ualetudine ad priſtinū tandē robur reducere: Tollant modo in cœlū ueteres: Aſclepiadē iactent hippocratē glorienť galeno quū oēs uni poſſint hieronymo cedere: Sed heu nō ꝓſunt domino quæ ꝓſūt oibus artes: Repentina febri Occupatus quæ nō qdē in uenas aut arterias (ut cæteræ ſolent) ſed in artus in uiſcera in oſſa quoq3 & medullas incubuerat: lecto affigiť uerū nūq̄ deſpondet animū turrianus hieronymus. Prodigiū circūſtantibus uidebať ciuibus nullā doloris nullā pturbationis nullā triſtitiæ ſignificationē ne in nouiſſima qdē uitæ linea hieronymū dediſſe: Quod tñ illi erat facillimū: cuius mens atq3 animus aduerſus uim & petulantias iniuriarū ōi in loco atq3 in tēpore ꝓſpiciens fuerat erecta ardua ſepta ſolide expedita nūq̄ conniuens nuſq̄ aciē ſuā flectens: Obſtupeſcebāt ſinguli tanta cū cōſtantia tanto animi uigore ſacerdotē acciuiſſe: cui admiſſa chriſtiano ritu crimina pateſaceret: a quo corpus & ſanguinē dominicū īmenſa mentis ſanctitate acciperet: mox ſūma aduerſus dæmonū inſidias punctione ſtabiliretur

Taceo qbus ille uerbis filios ad uirtutē ad pietatē ad ingenuas diſciplinas: extrema pene uoce fuerit cohortatus aureā ariſtippi ſententiā eis identidem repetens illa uidelicet uiatica ſenectuti oportere parari quæ ē e naufragio una poſſunt enatare: q ea ſunt uera uitæ pſidia qbus neq fortunæ tēpeſtas iniqua neq publica rerū mutatio neq belli uaſtatio obeſſe pōt: quos quū flentes & nimio ſingultientes mœrore animaduertiſſet: quid muliebriter inquit ploratis? nōne ſi tenitar inuitus nihilo minus gemenſq moriar? neceſſitas. n. oīa ſurſum uerſus ad diuinā cauſam ducit uolētia nolētia: eā q lætus ſequit̃ is uere eſt ſapiens: cæterū ſi ita diis placet ita fiat. Hæc diuinitus diſſerens in ſuauiſſimo liberorū cōplexu inter cariſſimorū manus cōtinenter expirauit hinc aīo cōcipere licet q̄ acceptus Deo fuerit īmortali q eū & uiuētē & morientē pientiſſime ſoſpitauit: O impiā fortunā: o ſortē miſerrimā: o inanes hominū cogitationes proh dolor quāta eſt in uita mortaliū malorū Turba q̄ denſa formidinū ac trepidationū acies: Quot angores ſolicitudines ſuſpitiones inſidiæ quas uix iani aut uertūni capita euitarent nedū cæci homunciones: Quæ eſt tanta animi uis quæ nō debilitet̃? quæ tanta ſoliditas quæ nō cōcutiat̃? quæ tanta promptitudo quæ nō remittat̃? Cuius eſt tanta ualitudo tantū robur q ſe tā uaſto curarū ponderi parē audeat pollicerit cuius eſt adeo æquabilis & moderatus aius adeo pſeuerans q tam multis tāq continuis laboribus nō defatigari non quaſſari unq̄ atq infringi poſſit? Videte igit̃ qualē parētē filii. qualē pceptorē condiſcipuli: Qualē medicū ciues amiſeritis: Circūſpicite quantā ex unius interitu iacturā feceritis: ex cuius incolumitate tāq̄ ex magnete ferrū ſalus ueſtra depēdebat. Hortarer uos ut dolori ac lachrymis habenas laxaretis: ſuaderē ſuſpiria incitarem ad pfuſiſſimos gemitus. Niſi uos cōtra fortunati Hieronymi manes a luctu reuocarēt quid. n. fletis liberi iocundiſſima illius pignora patrem quē ita pie colebatis a uobis receſſiſſe? a quo tā pclarā facinorū grauiſſimorū ſupellectilē accœpiſtis? Quid ſuſpiratis affines ſuauiſſimo conſanguineo repentina pcella priuati? quū eius uobiſcū filii ſupſtites degāt: q parentē in poſterū doctrina diis aſpirantibus anteibūt? Quid ingemiſcitis ciues cōterraneū ueſtrū horæ momēto fatorū īpietate ſurreptū? Qui ætatē traduxit pacatiſſimā cōiugis caſtitate ſobolis uirtute fœlix noīe clarus īgenio acutus honorib⁹ copioſe cumulatus eruditione pcipuus ſenſibus integer ſenecta uiridis diuitiis affluēs: quiq nunc demū uiuit. laus. n. & gloria humari nequeunt: ſed quāto plus ſeros diſtēdunt̃ in annos: tanto maiora indies ſuſcipiūt incremēta: tūq pcipue germināt quū iā ſtipes penitus exaruerit. Vos modo filii pgite eo gradu ad optimā beneuiuendi regulā maturare: qua hactenus uſi eſtis: eā in cunctis rebus grauitatē prudentiā ſolertiāq adhibete: quā & indoles ueſtra & ſancte acta adoleſcētia & parētis deniq poſtulat auctoritas: ſic patris deſyderiū amicis ciuibus ſcholaſticiſq ſi paterna in uobis (qd ſic fore exploratū habeo) doctrina reuiuiſcet funditus adimetis: & illius ſpiritū ppetuo beabitis. Dixi.

Eiuſdem Laudatio in Antonii Fracantiani Philoſophi Laudatiſ-ſimi funere publice habita.

PRoh dolor: O lachrymæ: heu quantam nuper in unius Antonii
interitu iacturam fecimus: quantū naufragiū Magiſtratus digniſ-
ſimi patres optimi. Quid nobis ultra ſperandū eſt condiſcipuli?
Quibus omne præſidium ſpes omnis adempta: quibus tantus re-
pente præceptor ſublatus eſt? Tuos ne Antoni labentes oculos: tuum fugiē-
tem ſpiritum uidimus? tuū corpus frigidum ac exangue complexi ſumus?
quod pauloante uegetum ac uiuax cōſpicabamur: te ne extinctū querimur?
quem neſtore diutius uitam degere cupiebamus: tibi ne inuidiſſima illa ne-
meſis manus iniecit præmaturas? quem ſupra mortaliū conditionem ſoſpi-
tare debuerat: ſiccine tot ſudores tantiq; labores horæ momento euanuere?
Quid tibi tam pia erga ſuperos obſeruātia? Quid probitas immodica? quid
ſingularis diſciplinarum omniū cognitio profuere? Si tamen fatorum iniqui-
tate raptus in medio uiuendi itinere miſerabiliter cōcidiſti. Hei mihi nequeo
iam gemitus erumpentes compeſcere: uix poſſum parturientia frenare ſu-
ſpiria: quæ exitū undecunq; & ambitioſe quærunt: uereorq; ne ipſe qui hūc
ſuggeſtum aſcendi: ut uos ex chariſſimi doctoris obitu mœſtos conſolarer:
ipſa luctus acerbitate deficiam: itaq; anceps animus ac ueluti attonitus mœ-
rori potius q̄ propoſito laudationis negocio indulget: & iure quidē optimo
eo namq; (me miſerū) parente orbatus ſum: ex cuius omnifaria eruditione
nudum & imbecille ingeniolum ueſtiebam: roborabamq; in dies: cuius ſua-
uiſſimo colloquio non aliter q̄ diuino nectare alebar. Ex cuius gratiſſimo
aſpectu eā academia noſtra delectationem percipiebat: immo deuorabat: q̄
ex alexandri olim conualeſcentia macedones. cū aliquandiu morbo quē ex
cydni fluminis rigore contraxerat conflictatus eſſet: quid igitur uetat: quin
habenas dolori laxemus itenſiſſimo? cū nulla poſſit ruina reperiri: quæ huic
iuſto ſit æquilibrio conferenda: urbium enim excidia uillarum incendia: di-
uitiarum amiſſio facillime poſſunt reſarciri: Hunc omniū uirtutū floſculum
qui repentino nouercātis fortunæ flatu decuſſus eſt: nulla unq̄ reſtituet dies
nulla ætas reparabit. Sed quo demens rapior? quid mœroris impatientia ul-
tra terminū prouehor? Quare exſiccatis parump lachrymis: Ad antonii lau-
des maturemus: in quo commendando ſi mihi liber daretur euagandi lo-
cus: Luce clarius meridiana uobis oſtenderem: oīs dotes quas homini ſeiun-
ctas natura impertitur: in hoc uno coniunctiſſimas nō mō floruiſſe uerum etiā
ubertime maturuiſſe: ſed qm̄ me in dicendo breuiſſimū temporis facit ne-
ceſſitas: nullaq; res poteſt eſſe eadem feſtinata ſimul & examinata: nec eſſe
quicq̄ omnium quod habeat & laudem diligentiæ ſuæ pariter & gratiam ce-
leritatis: cū pauca de illius genere ac litteratura attigero finē orationi iponā.
Ex Tybertorum ſeu fracantianorū familia natus eſt antonius: quæ a uetu-
ſtiſſima germanorū gente Originem traxit: quod autē hoc a ueritate mini-

me abhorreat: quũ pplura quæ id afferant monuméta inueniant: Vnũ illud certiſſimũ nõ pterbo: ꝙ eoꝝ inſignia inter ea q̃ cæſaris ſunt paſſim ſempꝙ deſcribũt: Ex hac ſobole memorabili cõplures rei militaris pitiſſimi eqteſqꝫ ſplẽdidiſſimi fœdericũ Oenobarbũ qui uulgo barbaroſſa nũcupat in italiã ſecuti ſunt quoꝝ pclara & nauali & terreſtri expeditione facinora quũ imperatori ſatis ſupqꝫ inotuiſſent: Oppidũ quoddã in hetruria haud quaq̃ aſpernabile (quod nunc uernaculo noĩe ciuitatem de caſtello uocitamus) dono a fœderico acceopere: ubi qua fide quaqꝫ cõſtantia erga ſui principis maieſtatẽ ſeſe geſſerint recẽſſere: ab hac lugubri põpa longe foret alienum. Illud tñ nõ reticebo: ꝙ tyberti quũ inſigni rerũ geſtaꝝ memoria indies magis extollerent: Cõmuni totius hetruriæ aſſenſu franchi & Antiani dicti ſunt: quæ olim ſepata cognométa poſteritas ita cõglutinauit: ut hodie fracãtiani a ſingulis appellẽt: quod pcipuæ libertatis extitit argumẽtũ: Quia uidelicet neqꝫ regi neqꝫ cuiq̃ italoꝝ principi pterq̃ uni cæſari ceruicẽ ſũmitterẽt: ſed dũ magnis aĩs anguſtũ nimis ſolũ thuſcia uideret. Capis cũ trib⁹ liberis Iacobo petro & franciſchino in hanc quã nos incolimus tranſpadanã regionem cõmigrauit. Quoꝝ Iacobus æques fuit auratus & patauinæ ciuitatis (qđ olim inter primo res euganeæ gentis magiſtratus numerabat) prudẽtiſſimus gubernator cuius filius Nicolaus paternæ dignitatis hæres iuriſqꝫ & cæſarei & põtificii peritiſſimus uxorẽ ex ampliſſima capitiliſtaꝝ prole duxit: ut e generoſa fœlicique arbore fructus legerent ſapidiſſimi. Petrus ueronã cõceſſit: Vbi nouæ ſobolis auctor fuit & auſpex: in qua Ioãnes medicus haud pœnitendus enituit: Qui talẽ apud memoratiſſimũ illũ ferrariæ regulũ burſiũ ſcilicet ſibi gratiã ſua comitate doctrina genioqꝫ uerſatili conciliauit: ut naturalẽ eius in matrimoniũ filiã acceperit: Franciſchinus uicentiæ ſedẽ fixit: quod oppidũ partim ciuiũ multitudine partim uero opũ affluentia oĩa ſuperat italiæ municipia: ibi fracantiani annos centum ſupra quinquaginta quantopere floruerit: diuitiæ ĩmẽſæ & fama cõſpicabilis qua noſtra uigẽt tẽpeſtate liqdiſſime ſignificant: Quoꝝ ego poſſem multos & toga & bello clariſſimos enumerare ut bartholomeũ uiꝝ ſagaciſſimũ: Antoniũqꝫ tã græce q̃ latine doctiſſimũ. Niſi uno Nicola antonii noſtri auo cõtẽtus eſſem: Qui eximiã inter uicẽtinos auctoritatẽ ſortitus nihil a recto declinauit unquã nihil ab æquitate: hic filiũ ſuſcœpit balthaſarẽ uiꝝ nõ minus grauẽ q̃ prudentẽ ex quo & lucia Matrona oĩum caſtiſſima modeſtiſſimaqꝫ orti ſunt: Gaſpar artiũ ac medicinæ cõſultiſſimus cuius ingeniũ expeditiſſimum eruditio cultiſſima mãſuetudoqꝫ nectarea quum in tãto tpis cõpẽdio digne ſatis nequeãt declarari: dedita opera a me ſilẽtio inuoluunt: Nec nõ frãciſchinus mercaturæ addictus notæ & expertæ fidei & uitæ inculpatiſſimæ. Antoniuſqꝫ nuperrime defunctus: qui iã tum ab infantia pceptori traditus maniſeſtiſſimam futuræ frugis ſpem pſetulit: Tãtum uenuſtatis in uultu tãtum iocunditatis in uerbis inerat: hi ingenio igniculi emittebãt: facilis erat in excogitando ad addi-

ſcendum prōptus: & eoꝝ q̄ ſemel didicerat tenaciſſimus: Oris abſoluti ex/
ꝑſſi ſermonis: Proderat illi alioꝝ obiurgata deſidia ꝓderat laudata induſtria
excitabat̃ æmulatiōe turpe ducebat minoribus cedere pulcrum ſupaſſe ma
iores: Accendebat̃ laude uictus deflebat. Nihil improbe nihil cupide nihil ĩ/
potenter agebat: Accreuit paulatī & exire de doctoris gremio ac diſcere ſe/
rio incœpit: Qui grāmatices radicibus pœnitus īmiſſis poſt lectionis maro
nianæ ferulas poſt uaricoſi (ut ille īquit) arpinatis facundiā: Dialecticæ ſe to
tum tradidit mathematiciſq; theorematibꝰ: ubi nō iā floſculos ut prius ſed
certos ac deformatos fructus effudit: ita die noctuq; reiecta equoꝝ canum
uolucrumq; (quæ adoleſcentiā plerumq; occupant ſtudia) oblectatiōe: uni
ſcientiæ operā dabat nauatiſſimā: iāq; maior euāſerat q̄ ut in patria ſua edo
ceret̃. Patauiū itaq; a parētibus ut diuinum ingenium bonaꝝ artium ſtudio
excoleret miſus: politicæ primū phiæ toto pectore incubuit: inqua quātū ꝓ/
fecerit: Teſtimoniū nobis afferunt locupletiſſimum ſingulares animi dotes
quas ſcire tantum minimi cuiuſq; philoſophi eſſe exiſtimās: Tanto ardore
exercuit ut ueteꝝ cedat nemini. Nec miꝝ: legerat nāq; bracteatā illā pacu/
uii ſentētiā nihil ſcilicet fieri poſſe indignius neq; intolerātius q̄ ꝙ hoīes igna
ui ac deſides operti barba & pallio mores & emolumēta philoſophiæ in lin/
guæ uerborumq; artes cōuerterent & uitia facundiſſime accuſarēt intercuti/
bus ipſi uitiis madētes. Nulla fœlicitate ita inflabat̃: ut a decoro ſecederet:
Nūq̄ aduerſante fortuna adeo deprimebat̃ ut ſuimet obliuiſceret̃: ſed ſemp
quaſi in hydrā hercules alacrior inſurgebat: Ingenium. n. in piculis ſicut in
ꝓcella gubernator in deſperatiōe medicus facile dignoſcit̃ in quo pācratia
ſtas imitabat̃: Nā ſicuti illi ad certādum uocati ꝓiectis alte brachiis ꝯſiſtunt
caputq; & os ſuum manibus oppoſitis quaſi uallo ꝑmuniunt: mēbraq; eoꝝ
oīa priuſq̄ pugna mota eſt aut ad uitādos ictus cauta ſunt aut ad faciendos
parata: ſic antonio cōſilia cogitatiōeſq; cōtra fortunæ uerbera cōtraq; inſi/
dias iniquoꝝ tāq̄ brachia & mauns ꝓtendēti: Nulla in re aduerſa & repētina
incurſio parato pectoq; ſuboriebat̃: Aequitatē in oībus diligētiſſime cuſto
diebat: Immoderatas mētis cupiditates æſtuſq; uoluptatum intumeſcentes
fortiſſime moderabat̃: ꝓteritoꝝ memor ꝑſentia huiuſcemodi rōne admini
ſtrabat futuraq; diſponebat: ut nihil a ſapiētis cōſilio deuiaret: Ambitiōe ca/
rēs uulgi contēptor honoꝝ iracundiæ neſcius inertiæ oſor acerrimus ſoler/
tiæ amator incredibilis nullius deriſor nō cōtentioſus nō impudēs nō paui
dus inuidiæ quā alcumenæ ille filius cōpeſcuit (ut flaccus ait) ſupmo fine do/
mari ac maledicētiæ crimine nequaq̄ iplicitus: ſupra q̄ dici poſſet māſuetus
benignus dictuq; affabilis oī in foro urbanus in cubiculo ſanctus in conui/
uio facetiſſimus in colloquio ſuauis in q̄ſtionibus accutiſſimus uocē mitte
bat nō ex ore ſed ex pectore ī quo Vlyxē laudat homerus: turpe putās aliud
lingua prōptum aliud in corde cluſum habere: quales ſunt leues futiles & ī/
portuni locutores quiq; nullo reꝝ pōdere īnixi uerbis humidis & lapſanti/

buſ defluunt momiq; ſentẽtiã tãq̃ optimũ miꝝ ĩmodum ꝓbabat q in hoc
peccaſſe iouẽ aſſeuerabat:qui portulã ĩ mortalium thorace nõ fabrefeciſſet
quo penitiſſima cordis ſecreta oĩbus patefierẽt. Amicitias ita cõtrahebat ut
ſodales uetuſtos nunquã ꝓ cõſequentum nouitate faſtidiret:ne uidereť ſic
amicis uti quaſi floribus tãdiu gratis quãdiu recentes ſunt:litteratos, littera-
rumq; ſtudioſos uenerabať:fixum etenim & radicatum ẽ pectoribus huma
nis ut qui intelligunt artes mirenť artifices. Satiſq; eminet ingenii ꝓprii me
ritis q fuerit fautor alieni ſine ſupſtitiõe religioſus ſine iactãtia doctus:ſine
ineptia grauis ſine aſperitate cõſtans ſine popularitate cõmunis:quũ cõſule
bať ſale abundabat quũ cõſulebat melle:Ita liberalis ut quicqd ex publico
ære lucrareť in inopum calamitates erogaret:Nullus ad eum egenus acce-
deret q ab eo uacuus recederet oĩum miſerabať:quos aliquo opp̃ſſos infor
tunio cognoſceret:Nullum diẽ ꝑtermiſit in quo nõ aliquid mẽdicis opẽ im
plorãtibus diſtribuerit:Solebat.n.idẽtidẽ dictitare nõ eſſe ueri phi ptes pe-
cuniã auidiſſimi aucupari:ſed eã pauperibus munifice elargiri epulis ueſce-
bať nõ exquiſitis nõ adipalibus ſed ſimpliciſſimis:uini parciſſimus & ſõni
Imprimis mundus qd.n. ad corpus ſpectabat ad plenum uſq; uſum ſume-
bat uelut cibum ueſtẽ domum qd autẽ ad gulã penitus circumſcribebat di-
gnus inſup pp quẽ theſpiæ uiſerenť:Cuius in Deum ac parẽtes pietatẽ tan
tiſp omitto:dum cætera cõtexã q̃ ad Theoreticẽ ſpectãt diſciplinã. Patauiũ
itaq; delatus ludouicum mãtuanum & ſanctoꝝ ſiculum ſummos in hac diſ
ſerẽdi facultate uiros attentiſſime audiuit:ut q̃ domi puer didicerat:hic ado
leſcẽs ſtabiliret atq; augeret:cõfirmatus igiť dum ariſtotelicis diſputãdi inſti
tutionibus oĩno imbutus eſſet:ad ſophiſticen ſe cõtulit:ꝙ nullum cernebat
In litterariis cõtentõibus cõmẽdari niſi qui eã medullitus ꝓcalleret:quã uno
pene hauſtu ſic imbibit:ut oẽs quidẽ ꝯpetitores in aſſequẽda logices lectio-
ne nullo euicerit negocio:Teſtes ſunt qui eum ãnos ab hinc.xvi.audiere:&
ſub eo mirifice in diſſerẽdi paleſtra ꝓgreſſi ſunt:Sed dũ meritã uigiliaꝝ ſuaꝝ
mercedẽ capere poſſe diffidit:niſi & phyſicẽ quoq; publice ꝓfitereť:Cuius
cognitionẽ ſub Iacobo primum feltrẽſi mox ſub nicolao illo theatino cuius
fama oĩum aures tiniunt:demum ſub petro trapolino unico eruditiõis the-
ſauro indeptus fuerat:breui qd tãtope exoptabat nactus eſt:hãc itaq; quum
aliquãdiu in hoc gymnaſio frequẽti auditorio enodaſſet:Auguſtinumq; ſin
ueſſanum philoſophum primarium ſuum eo tempore corriualẽ:lõgo in oĩ
doctrinaꝝ genere interuallo ꝑceſſiſſet:ſibi tñ quia ſatis ſcire nõ prius uide-
bať:q̃ ariſtotelẽ ipſum eiuſq; interp̃tes nõ mẽdicata & aliena ſed ſua & pecu
liari lingua loquẽtes lectitaret:Græcoꝝ ſe codicibus totũ mãcipauit:Quos
tanta libauit facilitate ut iurares illã platonis dari reminiſcentiã quã ariſtote
les multis argumẽtoꝝ grypis repudiauit:græcanicis ergo litteris maior effe
ctus & famigerabilis quum ſe romã contuliſſet:ampliora quidẽ aio uerſans
q̃ quæ in patauino gymnaſio cõſequi unq̃ potuiſſet:ab inuictiſſima Vene-

toꝝ repu.reuocatus:Optimũ iudicauit tanti præceptis parerẽ ſenatus:Atq̃
utinã nõ obtẽperaſſet:uiueres.n.fortaſſe autoni q̃ tot legẽdi ſtudẽdi diſpu-
tãdiq̃ laboribus exhauſtus fato cõceſſiſti:Reuerſus ergo patauiũ nõ ſine ſũ
ma totius italiæ expectatiõe p trienniũ fere tã græce q̃ latine philoſophiã edo
cuit:hoc uno pter reliquos fortunatiſſimus q̃ ei cõtigerit cũ petro illo man-
tuano illo inquã ſophiæ cõtubernali alũno filio haud diſpari certamine cõ-
currere:qd munus licet grauiſſimũ q̃ apte ſuſtinuerit uos cõmilitões mei te
ſtari ueriſſime poteſtis:q illi ante decimũ ab hoc diẽ(qd ſemp ſolebatis)at-
tentiſſimas aures pſtitiſtis:Quibus ut oĩno morẽ gerreret faceretq̃ ſatis febri
iã correptus.lx.ſimplicii pagellas.x.aſſiduis horis cõtentum & uno intuitu p
legit:Ex hiſq̃ quæ ſibi ad ariſtotelis expoſitionẽ neceſſaria arbitrabat̃ multa
excerpſit:Id qd eũ iã antea debilitatũ penitus dedit peſſuꝫ.Intellexiſtis hæc
ab ipſo in extrema fratres ſuauiſſimi lectiõe:Dũ nos ore illo ſerenato Allo-
queret̃:Dũ ſalibus aſſuetis ultimũ aſpgeret pulmẽtũ:Dũ plurima nobis be
nigniſſime polliceret̃:ſciꝰ is nihil tã arduũ fuiſſe:Nihil tã inuolutũ:Nihil tã
pplexũ qd ille quũ ingenii uires intenderet nõ enucleaſſet explicuiſſet extri
caſſet:Adeo erat in inueniẽdo acutus in pnũciando expeditus Vocis pleniſ
ſimæ grauis ſonoræ laterũ firmoꝝ ſpiritus uiuaciſſimi:Memoriæ capaciſſi
mæ quã uaria & acurata notatione ſic inſtruxerat ut inde quæ uellet p arbi-
trio tãq̃ e ſinu ſuo facile pferret:Sciſq̃ acriter in diſputãdo ĩſurgeret q̃ ocul
te hoſtẽ cæſim punctimq̃ ſauciaret:In quo quũ a nonnullis laudaret̃ q̃ ad
oĩa philoſophiæ munia pagenda nõ idoneus arte tantũ uerũ ẽt natura uide
ret̃:Ridens aiebat imperatores ſe imitari nõ eos modo q delectus agere co
pias cõtrahere atq̃ dirrigere pſpicere cõmeatus locũ caſtris capere nõ igno
rant:ſed eos quoq̃ q in pliis ſtrenui & fortes & oĩum quæ pugna poſcit arti
fices ſunt:Mira tẽporis parſimonia utebat̃:eaſq̃ horas quas alii fabellis ſpe-
ctaculis cõuiuiis:Mille ludẽdi generibus & inſana corporis cura anxiis ſoli-
citudinibus delicioſis libidinibus flagitioſis uoluptatibus turpiter cõterunt:
ipſe liberalibus artibus impẽdebat:quippe uigilãdas noctes fuliginẽ lucubra
tionũ bibẽdam:& in ſudata ueſte durãdũ illi dicebat:qui ſub uirtute ſtipẽdia
facit:Aliqd quotidie noui excudebat:cõmẽtariaq̃ ĩ totũ Ariſtotelẽ exarabat
eo ordine illo nitore ea deniq̃ induſtria ut nihil addi nil minui poſſet:quo
opulẽtiſſimo cõmunis parentis patrimonio (heu) nos infœlices liberi abdi-
cabimur:Tantũ ne opus peribit:tã excuſſa pblemata deficient:O fatoꝝ im
pietatẽ:o fortunã iniquiſſimã.Diſrumpor diſrumpor(mihi credite)anxieta
te & uix loquendi robur ſuppeditat̃:Dũ illã lucretii ſententiã nimis uerã hac
potiſſimum tempeſtate contemplor.

Nunc hic nunc illic ſuperant uitalia rerum
Et ſuperant urnæ miſcetur funere uagor
Quem pueri tollunt uiſentes luminis oras
Nec nox ulla diẽ neq̃ noctem aurora ſecuta eſt

Quæ non audierit mixtos uagitibus ægris
Ploratus mortis comites & funeris atri.

Neq; antoni⁹ medicinã ſpreuit:ſed de æteticã pharmaceuticã & Chyrurgicã
amplexus breui in excellẽtẽ medicũ euaſit: Ioãnis aquilani alterius hippo/
cratis atq; Eſculapii ueſtigiis inſiſtens:cuius p aliquot ãnos diligentiſſimus
fuit auditor: Ad ſunt in hac urbe cõplures qui ſe illius cura grauiſſimis mor/
bis liberatos profiteant̃:Quos ille nõ q̃ſtus cupiditate a quo ualde abhorre
bat:ſed quadã potius animi ingenuitate lætus lubenſq; uiſebat: Sua inopes
pecunia adiuuabat ſua impẽſa potiones mercabat̃ ſuo ſumptu Cibaria lau/
tiora coemebat. Redeo nunc ad pietatẽ: Cuius ille amore iſlãmatus & diui/
nis frequẽter ſacrificiis irreterat: & parẽtes mira obſeruãtia ꝓſeq̃bat̃:Q d ita
eẽ accipite q̃ſo exẽplũ omni memoria digniſſimũ. Nunciatũ illi fuerat ma/
trẽ icurabili morbo laborare:quo pculſus nocte intẽpeſta nihil cũctat⁹ equũ
cõſcendit & quũ mane uicentiã applicuiſſet:ꝓfundiſſimo eã lethargo & in/
expugnabili pene dormiẽdi neceſſitate occupatã cõperit:quod ægrotatiõis
genus ita acutũ eſt:ut niſi ſuccurrat̃ celeriter iuguletːhanc igit̃ quũ die no./
ctuq; cõtinẽter ſolicitus admotis his p quæ ſternutamẽta euocant̃ & his q̃
odore fœdo mouent qualis eſt pix cruda lana ſuccida ueratrũ caſtoreũ gal/
bani ꝑterea piloꝝ & cornu ceruini ſuffitu tandẽ excitaſſet:in aduerſaꝫ ipe
ualetudinẽ quã a parẽte depullerat illico incidit: Patauiũq; reuectus quũ ſe/
mel celebri auditorio legiſſet:tãq̃ ueniã ſui diſceſſus a ſcholaſticis quos ardẽ
tiſſime diligebat petiturus: lecto affixus eſt: Angebãt hoiem ppetui dolores
& ueluti ꝓmetheo i caucaſea rupe pẽdẽti iugiter renaſcebãt̃: Socratica tñ cõ
ſtãtia acutiſſima quæq; morbi ſpicula ptulit: quã ex intimis phiæ fontibus
pleno ore hauſerat:uſu deinde ſic firmarat ut inter apathes recenſeri merito
poſſet inceſſabili igit̃ maceratus febricula: quũ nullis medicoꝝ remediis re/
focillari unq̃ potuiſſet animæ ſalute fortiſſime ꝓcurata diẽ clauſit poſtremũ
Et ceſſit retro de terra quod fuit ante in terras: & quod miſſum eſt ex ætheris
oris id rurſum cæli rellatũ tẽpla reuiſit. Taceat mõ uetuſtas coriolanũ ſcipio
nẽ africanũ cymonẽ fratres ſiculos cleobim & bytonẽ quũ hos oĩs unus an
tonius pietate ſuperarit:quã bona poſteritas cæteris ꝓculdubio anteponet:
I nũc temeraria mortalitas ſpera ĩmortalitatẽ quũ puluis ſis & umbra:cõci/
pe animo lætitiã quũ inferoꝝ ſepulcrũ ſis & ſedes:qd.n.fluuius ille obliuio
nis aliud ſignificat niſi errorẽ animæ obliuiſcẽtis maieſtatẽ uitæ cæleſtis:ſo/
lãq; eſſe in corpore uitã putantis? Quid phlegeton niſi iraꝝ & cupiditatũ ar
dores? Quid acheron niſi triſtitiã & humanæ uarietatis more pœnitudinẽ?
Quid cocytus niſi lachrimas ſingultuſq; copioſiſſimos? Quid ſtyx niſi odio
rũ ultioniſq; incendia? Pone tibi(ſi ſapis)ante oculos inopinã antonii mor/
tẽ qui quũ opibus affluerett forma eximius ætate integer uiribus pollens di/
cto tñ citius extinctus eſt: Cuius(ni fallor)deſideriũ uenetã remp. patauinũ
gymnaſiũ uniuerſam deniq; europã in dies acrius afflictabit:neq; ſane iniu

tiathæ nãq cũ naturæ tum artis dotes antonii aĩum honeſtabãt: quæ rariſſimis quibuſq́ tẽporibus effloruere: qui ex ſublimi mẽtis acie rerum diuinaꝶ agnitionẽ reqrebat & quærendi ſagaci circũſpectione cõphendebat: & quãtũ hoĩs perſpicuitas præſtat imitabaẗ: qui friuola iſtæc fluxa & tẽporaria orbis oblectamẽta cœleſtiũ cõtẽplatione deſpiciebat omnẽq́ aĩæ cogitationẽ in ſuperna dirrigebat: Damnãs ꝓphanos philoſophos q ratione priuati ino pes religionis indigi ueritatiſ ſcrupuloſiſſimo cultu inſolentiſſima audacia Deum negligunt & contẽptui habent: Inuitarẽ uos ad ꝑpetuas lachrymas niſi maniũ illius fœlicitati hoc luctu aliqd detrahere ſubdubitarẽ: Nõ.n.uereor ne eius ſpiritus (ſi aliquod præmiũ prouidentiæ docilitati magnanimitati cõſtantiæ modeſtiæ ſobrietati uerecundiæ munificẽtiæq́ apud ſuperos debeẗ)in illoꝝ numero cõſtitutus ſit. Qui uarias uitã excolluere p artes: qui patriæ q amicis uixere: Qui liberalibus ingeniis eruditiõne diligentia ac optimis moribus profuere. Vbi a corporis cõtagiõe remotus nullius externi boni participatiõe fœlix ꝓ no nutu facili libero ſimplici abſoluto ſeq̃ſtrato mœrore depoſituſq́ moleſtiis perẽni lætitia & uoluptate ꝑfrueẗ æterna. Dixi.

Hæc ſunt lector ſuauiſſime errata: quæ impreſſoꝝ incuria perpetrata fuere. Fo.i.a tergo qd ſequi. conſultiſſimo uerbũ deeſt ac. Fo.ii.a fronte oĩum ꝑ ominũ.in eodẽ triumpi pro triumphi.in eodẽ uteꝝ pro ueteꝝ.in eodẽ a tergo oppimã pro opimã. Fo.iii.a fronte non pro uero.in eodẽ a tergo nauicu lis pro unguiculis. Fo.iiii.a tergo non pro uero. Fo.v.a fronte fortudo pro fortitudo in eodẽ lupus in in uacat.in eodẽ numini pro nummi.in eodẽ a tergo cum pro cum. Fo.viii.a fronte ſuffultũ pro ſuffultæ.in eodẽ a tergo hu manũ ꝑ humanæ. Fo.ix.a fronte quãquã pro tanquã.in eodẽ inſubrũ pro i ſubriũ.in eodẽ expugnali ꝑ expugnabili. Fo.x.a fronte ineptio pro ineptior in eodẽ ꝑferite pro ꝑterire.in eodẽ ꝓpellaretur pro ꝓpelleretur: in eodẽ hiero mo pro hieronymo.in eodẽ a tergo cõplexa ꝑ cõplexu.in eodẽ dependebet ꝑ depẽdebat. Fo.xi.a tergo pſetulit ꝑ præſetulit. Fo.xii.a fronte meta ꝑ mo ta.in eodẽ a tergo optimum pro optimam.in eodem a tergo miſerabaẗ ꝑ miſerebatur.in eodẽ pcalleret pro percalleret. in eodẽ auidiſsimi' pro auidiſ ſime. Reliqua uel thamiras animaduerteret.

Amathei Romani Setini Studioſiſſimi
Parthenii Sui Diſticon.

Palladio Cornu Comitatus Vade libelle:
Eloquio poliens Vindice tutus eris.